



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Aggressio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A bere deprehendatur, ut inde sibi met exitium paret. Nam & Orpheus principem libidinis locum ta- *Sic Ayle*  
lum ait, sed idem mystice, ut sius est mos. In cena Domini discipulorum lavanitur pedes, ut scili- *nōis nō*  
- cet ab aliis animorum sordibus, ad Eucharistia donum mundi nitidique procederent. In Jacobi & oīv cīva-  
- Esau partu philosophatur Philon, firmissimæq; mentis, quippe optimi luctatoris, esse opus ait tenere *Caius*,  
calcaneum: nam id animum indicat, qui vitio dominetur. Calcaneum enim, ut alibi sāpe, infirmæ *illorū pedi-*  
*bus ingredi*  
*profane, ir-*  
*reverenter.*

## FINIS. CAP. XLVIII.

E st etiam pes absoluti operis indicium: ad calcem enim dicimus, cum ad finem perventum esse *Uss. est. Cī-*  
vel operis, vel negotii, volumus indicare. Et Adamantius, ut alibi dictum novissimum in Deo  
nobis incognitum esse, apud Esaiam ostendi eo arguento dicit, quod Seraphin duo alii inferiori-*cero in li-*  
bus Dei pedes obtegabant. *bella de A-*  
*micitia, &*  
*de Senellu-*  
*te.*

## INIQUITAS. CAP. XLIX.

A Nguineos alibi diximus Gigantum pedes effungi, cruraque obtorta, & quodammodo deluxa- *Idem Ma-*  
ta, propterea quod tota aberrant via, qui cœlo bellum inferre parant. Pedes igitur ita male af- *cro. 1.2. c. 10.*  
feci, iniquorum operum indicia sunt. Nam uti reēi pēdes quatuor animalium in Divinis *Refti pedes.*  
literis apud Ezechiem memorantur, ob eorum que in Evangelis habentur veritatem, ita retorti *Gretorti.*  
pedes de pravis dicitur ingenii atq; maleficis: non enim reēi pedes dirigunt, diceret Ambrosius,  
qui posteaquam femei in viam redire, ad scelera mox & iniquitatem revertuntur, & tamquam Sus  
lota primo quoque tempore repetunt luti volutabrum, & ut Lucretius ait, *Lib. 6.*

*Insatiabiliter toti volvuntur ibidem.*

Sane apud Psalmographum, impiorum ambulationes obtortas esse, ambagib; circumactas, in-  
venies, *Psalm. 125.*

## AGGRESSION. CAP. L.

C IN statuis vero pes laevis ante porrectus, aggressionis indicium est, quo ita firmato, gestum ajunt  
ad invadendum aptum: quod dexter pedis agilitas iustum, quoquo versum quis incubuerit, juvet.  
Similiter enim tua quadam peculiari tarditate, totius est veluti corporis firmamentum, ac quasi cen-  
trum, circa quod alterius pedis alacritas & promptitudo versetur exerceaturque, & quasi rotæ cur-  
vatura axi per radios innixa circum agatur, parti unicuique laboranti opem allatura: quod non  
ignoravit Maro noster, ubi libro x. Lucagus Aeneam ferire parat: projecto nam pede laeva aptat se  
pugna. Hoc etiam in numis, ubi martis ultoris inscriptio est, sāpe comperias: nam & Philosophi  
contentiunt, motum à dextris partibus oriri. Atque ego Roma in Mediceis adib; pulcherrimi o- *Militaris*  
peris statuam observavi, quæ speciem hanc in aliquem invadendum, laeo projecto pede, præ se fere- *d'Arina.*  
bat. Militaris præterea disciplinæ Magistri commonent, si missilibus agatur, sinistros pedes ante ha-  
beri à peditibus: ita enim vibrantis spiculis vehementiorem esse iustum. At si res, inquiunt, agatur  
gladio, pes proferendus, ut propinquior dextera sit ad vulnus inferendum. Sed utcumque illi,  
apud Maronem tamen eodem ipso congressu, quem paulo ante dicebamus, *stributum rotat acer Lu-* *Ant. 1.10.*  
*cagus ensem.*

## REGRESSUS. CAP. LI.

N Onierint tamen inficias, regressum dextero porrecto pede figurari: quia qui loco se moveat,  
neceste habeat à dextero pede motum auspicari. Ita signari videoas numeros FORTUNÆ REDUC-  
CUS.

## IGNAVIA, VEL REQUIES.

## CAP. LII.

E T quoniam gestus ab histrionibus in primis observabantur, inde factum, ut hieroglyphica non- *Pes supra*  
nulla inde defumpta sint, quale illud pro otio & desidia, pedem supra pedem statuere, qui gestus pedem, *quid.*  
in aliquot sepulcrorum imaginibus, sed pro quiete habetur. Sane Arisophanes cum otiantem medi-  
tabundumq; Euripidem describeret Acharnibus, famulas ejus interrogante Dicæopoli an intus  
effet